

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Nilus Mysticus Profluens Ex Paradiso Voluptatis, Sive  
Doctrinae Ad Mentem Scoti Theologicae, Ac Per Duodecim  
Alveos Regios In Flumen Magnum Serenissimae  
Marchionum Badensium Genealogiae Sese ...**

**Stümmel, Friedrich**

**Fulda, 1673**

**Bohoemiae**

[urn:nbn:de:bsz:31-11315](#)

*Serenissimæ Domus Badensis origo ex  
Antiquissimis Regibus.*

# BOHOE M I AE.



## URATISLAUS

**M**Archio Moraviæ, omnium Primus Rex Bohœmiæ ab Henrico IV. Imperatore renuntiatus, obiit repentinâ morte anno 1093. Uxor Adelais Andreæ Hungariæ Regis Filia.

Vladislaus I. Princeps Bohœmiæ,  
Uladislai Regis filius, obiit Anno Christi 1126. Uxor Anonyma.

Vladislaus II. Rex Bohœmiæ,  
Uladislai I. Principis filius, obiit Anno 1174. Uxor Juditha Landtgravia Hassiæ.

Premislaus Rex Bohœmiæ,  
Uladislai II. Filius deceffit Anno Christi 1231. Uxor Constantia Belæ Hungariæ Regis filia.

VVenceslaus I. Rex Bohœmiæ,  
Premislai filius, obiit Anno 1245. Uxor Cunegundis Philippi Imperatoris filia.

Othoccarus Rex Bohœmiæ,  
Wenceslai filius, occubuit contra Rudolphum I. Imperatorem, Anno Christi 1278. Uxor Cunegundis Regina Bulgariæ.

VVenceslaus II. Rex Bohœmiæ,  
A Rudolpho I. Imperatore confirmatus Othocari filius obiit anno Christi 1305. Uxor Elisabetha Princeps Poloniæ.

Elisabetha Regina Bohœmiæ.  
Wenceslai II. filia & Hæres, nupta Joanni Comiti Lucemburgico, Henrici VII. Imp. Filio.

Caro-

Carolus IV. Romanorum Imperator,  
Rex Bohemiarum, Joannis filius, obiit Anno Christi 1278. Uxor Elisabetha Ducissa Pomeraniæ.  
Sigismundus Romanorum Imperator,  
Rex Bohemiarum, Caroli IV. Imperatoris filius, obiit Anno Christi 1437. Uxor Maria Ludovici  
Hungariae Regis filia.  
Elisabetha Regina Hungariae & Bohemiarum,  
Sigismundi Imperatoris filia, nupta Alberto Secundo Austriaco Romanorum Imperatori.  
Elisabetha Austriaca,  
Alberti Secundi Romanorum Imperatoris filia, nupta Casimiro Regi Poloniæ.  
Sophia Regia Princeps Poloniæ,  
Casimiri Regis filia, nupta Friderico Marchioni Brandenburgico, Burgravio Norimbergensis.  
Elisabetha Marchionissa Brandenburgica,  
Friderici filia, nupta Ernesto Marchioni Badensi in Durlach, obiit Anno 1510.  
Carolus Marchio Durlacensis,  
Ernesti filius, obiit Anno 1577. Uxor Anna Comitissa Palatina Rheni.  
Georgius Fridericus Marchio Durlacensis,  
Caroli Filius, decessit Anno 1638. Uxor Juliana Ursula Friderici Rheingravij filia.  
Fridericus Marchio Durlacensis,  
Georgij Friderici filius, obiit Anno 1659. Uxor Eleonora Comitissa Solmensis in Laubach.

## BERNARDUS GUSTAVUS

S. R. Ecclesiæ Cardinalis, S. R. Imperij Princeps, Inclytæ Ecclesiæ Fuldensis  
ABBAS, Augustæ Roman. Imperatricis Archi-Cancellarius, per Germaniam & Gal-  
liam Primas &c. Marchio Badensis & Hochbergensis in Durlach &c. Eccl. Ducalis  
Campidonensis Administrator, & Coadjutor liberæ seu immediatae Abbatiae & Ec-  
cles. Syburgensis, Landgravius in Sausenberg, Comes in Sponheim & Eberstein,  
Dominus in Röten, Badenweiler, Lahr & Malberg, Metropolitanæ & Cathedralis  
Eccles. Coloniensis & Argentinensis respectivè Canonicus & Capitularis, &c.

### REGIA PROPINQUITAS INCLYTÆ DOMUS BADENSIS cum antiquissimis Bohemiarum Regibus exhibet Theologiam de Deo Uno.

*Ex his que animus ex trileonino superius novit emblemate surgit ad incognita, quæ non novit, quatenus exemplo  
visibilium se ad invisibilia rapiat, & per ea, quæ non solum didicit, quasi confiricatus incalescat ad querenda, quæ sursum  
sunt Divinitatis mysteria; hac ratione invenies in hoc Scutario Laone, cù in speculo, Regiam Divinæ Majestatiæ  
in tribus Personis Unitatem. 1. Quam est fides non doceret, ratio naturalis convincit. 2. A potiori divinam  
existentiam, ut sine stultitia & impietate negari non possit. 3. Demonstratio Divini Numinis independenter ab exis-  
tentia creature sub conceptu entis parentis omni defectu, seu habentis cumulum omnium perfectionum. 4. Seu ex  
propositionibus aeterna veritatis petita, atheum non convincet. 5. Minus ex contradictorio sui. 6. Potest Numen Di-  
vinum brevi saltem tempore à rationis compote ignorari. 7. Ejus Essentia stat in Aseitate, quæ ab attributis 8. Et  
Personalitatibus formaliter discrepat. 9. Secus ab ipsa Eius existentia. 10. Attributa negativa non dicunt perfectionem  
ab essentia & attributis positivis distinctam, sed sunt eorum duntaxat certa modificatio. 11. Infinitas est consumma-  
ta DEI perfectio, qua major excogitabilis non est, quaque omnem perfectionem vel formaliter vel eminenter complecti-  
tur. 12. Aggregatum ex DEO & creatura, non est perfectius DEO solo. 13. Simplicitas Divina, est ipsa natura  
Divina, ut seipsa excludens omnem compositionem activam & passivam possibilem excludi. 14. Vi immutabilitatis,  
essentia divina per seipsum, absq; aliquo superaddito sit incapax omnis mutationis. 15. Sicut aeternitas DEI est dura-  
tio ab Essentia indistincta, tota simul, essentialiter carens principio & fine; ac proinde per se exauriens omnem durati-  
onem possibilem simul; ita ratione immensitatis est DEUS actu in immensum in seipso diffusus extra hunc mundum.  
16. An ergo est in spatiis imaginarijs? non sequitur. 17. Incomprehensibilitas DEI facit eum incognoscibilem,  
tam perfectè, quam cognoscibilis est. 18. etiam respectu intellectus creabilis cujuscunq; 19. Id quod tamen  
difficiliter salvabis, si DEUM de facto increata visione videri contendas. 20. Ineffabilis quidem est, sed non ita,  
quoniam Viator ei nomen imponere possit, cum intellectui alias sat instruendo quidditative & distincte clareq; significans.  
21. In DEO præter scientiam simplicis intelligentie & visionis, admittenda est Scientia infallibilis conditionate fu-  
turonum. 22. Sed an decreto prævio? respondebimus. 23. Qui pro divina prescientia infallibilitate ad ima-  
ginariam rerum ab aeterno in DEI aeternitate existentiam recurrunt, lucis tenebras offundunt. 24. Volitio libera  
DEI, est ipsamet volitio necessaria ipsius, quatenus ab ipsa egreditur aliqua denominatio, quæ posset ab ipsa non prove-  
nire. 25. DEUS non prædestinavit ad gloriam efficaciter illos, qui eam consequuntur propter merita, ante pre-  
visam meritam, sed propter illa.*

SEREN